

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 256

**Auteur(s) :** Richard fils Herluin [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Coulombs, Notre-Dame de Coulombs (abbaye, abbé)

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** ...1100...

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Notice rapportant les donations faites par Richard fils Herluin et ses fils, Jourdain et Robert, en faveur de l'abbaye Notre-Dame de Coulombs aux Authieux, à Saint-André[-de l'Eure] et à Garennes[-sur-Eure].

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Depoin Joseph, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Martin de Pontoise publié d'après les documents inédits*, Pontoise, Publications de la Société historique du Vexin, 1895-1909, Pièces justificatives, n° IIIb, p. 344-345.

### Indications

Bauduin Pierre, *La première Normandie (Xe-XIe siècles). Sur les frontières de la haute Normandie*, identité et construction d'une principauté, Caen, Presses universitaires de Caen (Bibliothèque du Pôle universitaire normand), 2004, p. 243-244

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus quod RICHARDUS HERLUINI filius dum JOSBERTUS DE MONCELLIS apud villam que Altaria dicitur, loco prioris moraretur, THOROLDO abbate monachisque Columbensibus concessit ut omnes quotquot de fevo suo aliquid possident, ipsius quodcumque vellent in elemosinam conferrent. Ex quibus unus, scilicet ROBERTUS BOTEFLE, pro salute anime sue medietatem decime Tegularum indictis monachis dedit. Huic dono, apud Garennas concessio, indictus RICHARDUS, de cujus feodo movebat interfuit, et BASILIA uxor ejus, et JORDANUS filius suus, ROBERTUS filius HILDUINI.

Processu vero temporis, RICHARDO filio HERLUINI mortuo, JORDANUS filius ejus, qui ex jure hereditario successit, non solum patris concessionem ratam fieri voluit, at ipse de suo proprio terram unius carruce et ecclesiam cum decimis ad eam pertinentibus, apud S. Andream predictis monachis dedit, et decimam piscationis sue apud Garennas, et unum hospitem in eadem villa.

Postea vero JORDANO monachum induto, in manus fratris sui ROBERTI hereditas rediit, qui et ipse ea que predecessores sui ecclesie Columbensi concesserunt, non minus concessit. Post multum vero temporis, idem ROBERTUS, nudus nudum Christum sequi desiderans, omnibus quo possidebat renunciavit et apud Columbas monachi habitum suscepit. Hujus interim ASCELINUS GOELLUS heres effectus est ; qui predecessorum suorum concessionem libenter acquiescit ; necnon apud Sanctum Andream, extra portam oppidi, herbergamentum monachis in elemosina dedit ; in quo loco quatuor monachis Domino assidue deservituris se necessaria administraturum promisit ; quin etiam mortuum nemus ad calefaciendum, unum herbergamentum concessit in eodem nemore, necnon herbergamentum hospitem, quotquot supervenerint ; quod herbergamentum GOSLINO monacho, tunc

ejusdem loci priori, tradi precepit per HUGONEM ALBAM SPINAM et per ROBERTUM prepositum, et plures alios qui hujus doni testes extiterunt.